

Olim unicuique Nobili liberum erat, ad rem facram in adibus suis peragendam, sine illa Baptismus, sine Eucharistia, sine Copulatio Nuptialis, sine Visitatio agrorum aut Preparatio morti vicinorum fuisset, Ministrum Fidei et Ecclesie sue, sine prava facultate apud Officialem aut Parochum impetranda, aduocare. Liberum erat et incolis in Oppidis et Urbibus, imprimis honorationibus et peregrina nationis, in Morbo et Mortis articulo Ministrum sibi suum adungere; aut, si hic prouto semper esse non posset, saltem integrum erat unicuique Evangelicorum, cuiuscunque Conditionis fuerit, quieto et tranquillo in precibus et suspiria suorum expirare.

Nunc, etiam si Nobilis, libertatis sua prerogativa fretus, intrepide Ministrum ad sacra in adibus suis celebranda evocare possit; at vero Minister, tot periculorum vestigijs detentus, non audeat, nisi prius expressam, eamque in scripto bona fide datam facultatem a Parcho Catholico acceperit. In Urbibus v. — ubi Clerus pravalet, quam dura et morte ipsa acerbior sunt Agrotantes, atque ad Mortem sese componenter, non Plebejos tantum sed et Nobiles, si solitarij tum fuerint, premit, vix sine horrore cogitari potest. Simulac reseruit Sacerdos, Evangelicum aliquem graviter decumbere, sedulo dat operam, quo eundem convertere et convertere possit. suadet, sollicitat, minatur, et conscientiam clinici varijs modis torquet. Si hac ratione nil effecerit, mortem vero jam appropinquans deprehendit, remotis omnibus Evangelicorum arbitris, morienti omni tum sensuum facultate et rationis usu orbatu, hostiam consecratam communicat, hacque ratione, sua opinione, ex Haeretico Catholicum efficit. Si moriatur aeger, ritu Catholico splendide et sumptuose sepelitur. Si vero contingat, ut convalescat, etiam si quid secum in illo vitium tam inter et mortem articulo actum sit, prorsus ignoret, jam tamen Catholicus censetur, et, si ubi ad Religionem suam prius finam redierit, tanquam Apostata supplicio afficitur. Si vero homini Evangelico contingat tranquille in nidulo suo mori; non potest tamen tranquille extra Urbem ad sepulturam eferri, nisi prius et Parcho loci efflagitata solvatur pecunia, et studiorum tumultuantes objecta lauta offa, placati fuerint. Nec desunt dira, et in ipsa barbarie inaudita exempla crudelitatis in demortuorum Evangelicorum raptata per plateas, aut ex sepulchris empta, et in loca sordida, ceu pecudis cadaver, abjecta corpora.